

testes licterati *etc.* presenti puplico scripto notum facimus et testamur. quod Reverendus in christo Pater dominus Antonius permissione divina Cannensis Episcopus [presentavit] nobis. quasdam Sacras patentes. licteras. Regias sub noto et consueto pendenti Sigillo Regie Maiestatis in cera rubea sigillatas quas vidimus et legimus et erant per omnia continentie subsequentis. Karolus Secundus dei gratia Rex Ierusalem et Sicilie *etc.* gratiam et bonam voluntatem. Pro parte venerabilis Patris. A[ntonii] dei gratia Cannensis Episcopi devoti nostri. fuit nobis humiliter supplicatum quod cum tum predecessores eius quam a catholicorum Regum Sicilie temporibus usque nunc Integram decimam Baiulationis Cannarum de pecunia Iurium Reddituum et proventuum Baiulationis eiusdem annis singulis consueverunt percipere et habere exhiberi eam sibi pro presenti anno sexte Indictionis benignius mandarem nos igitur eius in hac parte supplicatione admissa fidelitati tue percipimus quatinus si notorium fuerit, quod tam predecessores sui quam ipse ab Antiquis retroactibus (*sic*) temporibus usque nunc dictam decimam. Integram sint annis singulis de pecunia Iurium Reddituum et proventuum Baiulationis predictae percipere consueti decimam ipsam Integram de pecunia Iurium Reddituum et proventuum eorundem Episcopo vel suo procuratori seu nuntio pro presenti anno si nondum recepit eandem prout consuetum est hactenus exolvatis et recipiatis exinde Apodixam ordinatione facta. per nostram Curiam de omni fiscali pecunia Regni nostri ad nostram Cameram destinanda seu ordinationibus aliis vel mandatis quibuscumque contrariis factis per nos seu Robertum primogenitum nostrum Calabrie Ducem ac nostrum in Regno Sicilie vicarium Generalem et eo mandato precipue quo nobis per dictum iniunctum est ut provisiones omnes factas per nos super Iuribus dicti Officii Secretie usque ad nostrum beneplacitum suspendentes totam pecuniam que Rationis ipsius officii vestras perveniret